Noverint universi quod Ego Salvator Teia filius Michaelis Teia parrochie de Saliqua termini Castri de Brunicola et domine Anthonie eius uxoris gratis et ex certa
sciencia per me et meos heredes et successores quoscumque presentes atque futuros absolvo dono diffinio penitusque remitto et relaxo vobis dictis parentibus meis et Salvio Teia fratri meo
presenti et vestris et quibus volueritis perpetuo Totam partem hereditatem et legitimam meam paternam et maternam et suplementum eorumdem et totum ius id quidquid et quantum
iuris vocis actionis rationis et actionis questionis peticionis et demande habeo et habere michi que competit pertinet et spectat Competereque et spectare potest et debet nunc vel etiam
in postea quandocumque iure super bonis vestris et utriusque vestrum in solidum Tam videlicet ratione dictarum partis hereditatis et legitime mee paterne et materne et
suplementi eorumdem quam aliis etiam quibus iuris rationibus iuribus titulis sive causis Ita quod amodo non possit per me vel meos contra vos et vestros et bona vestra et vestrorum fieri pro
ponique movere seu intemptari lis aliqua questio peticio vel demanda premissorum occasione in iudicio vel extra Quam ego per me et meos facio vobis et vestris et bonis vestris
absolutione et diffinicione Cum pacto firmissimo de ulterius aliquid non petendo prout melius et utilius ad vestrum et vestrorum bonum et sanum intellectum potest intelligi sine dolo Pro
huiusmodi autem absolutione fine et diffinicione confiteor et recognosco me a vobis habuisse et recepisse ad meam voluntatem numerando Quinquaginta libras barchinonenses
et omnes vestes et arma persone mee quas de vestri voluntate attuli et constitui in donatione mea propter nuptias Agneti filie Johannis Serra alias Morel et domine Juste
eius uxoris parrochie de Sancto Dalmacio et dictis parentibus suis hereditate sponse mee prout in nupcialibus instrumentis inter me et ipsam die presenti in posse nota
rii infrascripti confectis continetur Unde renunciando exceptioni pecunie non numerate et non recepte et doli et legi de receptis ultra dimidiam subveniendi et omni alii iuri
premissis obviante Et si plus propremissis non pertinet aut a vobis habere deberem totum illud plus vobis et vestris dono et sciens remitto donatione et remis
sione irrevocabiliter inter vivos retineo tamen michi ius future successionis si quod in futurum quomodolibet pertinebit iure super bonis vestris et cuiuslibet vestrum
iure future successionis iuri per presens instrumentum prejudicare nec in aliquo non intendo ullomodo Insuper condicione predicta michi salva remanente et illesa con
venio et promitto vobis dictis parentibus et fratri meis humanum et posse Ludovici Pons scriptoris substituti in notaria dicti Castri de Brunicola et eius terminorum in iure
et nomine mei Johannis Gulana notarii publici dictorum Castri et terminorum interessentis hec a me nomine vestri et vestrorum et omnium aliorum quorum interest et in
ter erit in futurum legitime stipulantis et recipientis ac etiam sponte iuro in animam meam per dominum deum et eius sancta quatuor Evangelia manibus nostris corpo
raliter tacta predictam finem et diffinicionem ceteraque omnia et singula supradicta rata grata et firma semper habere tenere et servare et nullatenus contra
facere vel venire aliquo iure modo causa vel etiam ratione Actum est hoc in mansio Morell perrochie de Sancto Dalmacio die decimo septimo mensis junii anno
a nativitate domini Millesimo Quingentesimo vicesimo septimo Sig+num Salvatoris Teia qui hec laudo firmo et iuro Testes huius rei sunt Salvator Roura maior
dierum Petrus Roura ambo perrochie de Sancto Dalmacio

Sig+num Joannes Gulana notarius publicus Castri de Brunicola et eius terminorum auctoritate honorabilis domini prepositi Elenensis pro ... Sedis ... et ... dicte Elene
domini dicti Castri de Brunicola et eius terminorum hoc instrumentum receptum per dictum Ludovicum Pons substitutum in notaria dicti Castri in ... vice et nomine
meis ... Anthonius Fosser clausi ...

(1332)

T. 365 F. 400

1527. VI. 17

nº 1256